

*Iliensi C. I. Gr. 5608 et Pompeiopolitano Bull. de corr. hell. 1888 p. 427; videtur igitur hic titulus positus ante tertium eius triumphum (a. 695).*

**877** [Cn. P]ompeio Cn. [f. | Ma]gno imp., cos. ter<sup>1</sup>, | [pa]trono, publice.

*Auximi (I 613. IX 5857; Ritschl tab. LXXXVI c). — 1) Consul fuit Pompeius a. u. c. 684. 699. 702.*

**878** L. Afr[a]nio A. f. | cos.<sup>1</sup> | consc[r]ip. et c[ol.] | col. Vale[nt].<sup>2</sup>

*In vico Piceni Cossignano inter Asculum et Cupram maritimam (I 601. IX 5275; Ritschl tab. LXXXVI b). — 1) Consul a. u. c. 694, notus potissimum ex historia belli gesti inter Caesarem et Pompeium. — 2) Mommseno videtur intellegenda colonia Valentia Hispaniae citerioris, cuius decuriones sive conscripti et coloni Afranio titulum posuerint in villa eius Picena. Cf. etiam Borghesi op. 8 p. 400.*

**879** M. Favonio M. f.<sup>1</sup> | leg. | popul. Agrigent.

*Tarracinae (X 6346 semel descripta saec. XV). — 1) Mommseno videtur esse amicus M. Catonis, qui legatione suscepta in Siciliam aliquo modo de populo Agri-gentino bene merere potuit; Tarracina fortasse fuit oriundus.*

**880** L. Caecilio L. f. Rufo q., tr. pl., pr. pro cos.<sup>1</sup> (*ab alio latere*) dis manibus L. Caecili Rusi.

*Marini in agro Albano (I 659. XIV 2464 servavit Iucundus). — Videtur esse L. Caecilius Rufus (cognomen ponit solus Asconius in Mil. p. 48 Or.), frater uterinus P. Sullae, tr. pl. a. 691, praetor a. 697, saepius memoratus a Cicerone. — 1) Cf. N. 885 not. 2.*

**881** Caeciliae | Q. Cretici f. | Metellae<sup>1</sup> Crassi.<sup>2</sup>

*Prope Romam in via Appia in sepulcro magno rotundo vulgo Capo di Bove (VI 4274; Ritschl tab. LXXXIV d). — 1) Filia Q. Caecilii Metelli Cretici consulis a. 685. — 2) Maritus Crassus ignotus est.*

**882** P. Claudius P. f. | Ap. n. Ap. pron. | Pulcher q., quaesitor<sup>1</sup>, pr., augur.

*Rome rep. vas ex alabastro, nunc Parisiis (VI 4282; Ritschl tab. LXXXV f). — Est filius P. Clodii inimici Ciceronis (memoratus a Val. Max. 5, 5, 5) cf. Borghesi-opp. 2, 176; Mommsen ap. Ritschl l. c. enarr. p. 75. — 1) De hoc munere cf. Mo. Staatsr. II<sup>3</sup> p. 586 not. 2.*

**883** M. Coelio M. f. Viniciano<sup>1</sup> | pr. pro cos.<sup>2</sup>, tr. pl., q., | Opsilia uxor fecit.

*Prope Tusculum (I 641. XIV 2602. Ritschl tab. LXXXIX c). — 1) Memoratur a Caelio ap. Cic. ad fam. 8, 4, 5 et a scriptore belli Alex. c. 77. Tribunus plebis videtur fuisse a. 701; a. 707 a Caesare cum duabus legionibus Ponto praefectus est, quod munus omittitur in inscriptione. — 2) Mommsenovidetur in hoc titulo et aliis eiusdem aut non multum diversae aetatis (N. 880. 902) non duo diversi honores significari, proconsulatus et praetura, sed solus honor praetoris provincialis appellatione proconsulatus ornati (C. I p. 188, Staatsr. II<sup>3</sup> p. 650 not. 2), ut Vinicianus fuerit praetor pro consule.*